

Monum privilegium est. qz maiori enim xps sua caritate replevit. quod triplici signo ostendit. Primo. quia ad monumē tum prius cucurrit. *Grego.* Illi pre ceteris cucurunt qui pre ceteris amauerunt. Secundo quia de caritate plus ceteris locutus fuit. *Matthi. vij.* Ex abundantia cordis os loquitur. *Enso.* Nos est amatum ut amorem suū silentio regere nequeant. Tercio quia vsqz ad decrepitam etatem caritatem docuit. *Iheronimus.* Iohannes cum ephesi moraret vsqz ad ultimam senectutem et vix inter discipulorum manus ad ecclesiam deferretur nec posset plena verba pretere sēp dicebat. Filioli diligite alterutrum Tandē interrogatus cur hoc sp diceret. respondit. qz preceptū dñi est. et si hoc solū fiat sufficit.

De innocentibus.

Sermo primus.

Qui supra mō
tem syon agnum stantem etc. *Apoca. xiiij.* Gloria et beatitudo istorum puerulorum ex multis causatur. prout ex presenti lectione colligit. Primo ex nobili associatiōe. quia associati sunt agno. nec mirum si agnus libenter moratur cum eis. *Do-*
mo quidē libenter moratur cum puerulis suis. Christus igitur fuit bethleemita. et isti bethleemite. Libenter homo moratur cum ioculatoribus suis. et isti sunt ioculatores celsi. *Apoca. xiiij.* Vocem quā audiui sicut citharedorum citharistarum in citharis suis. Libenter homo moratur cum domesticis et seruatoribus suis. maxime cum sint mudi. et honesti. et de his dicitur. Sine macula sunt ante thronū dei. Libenter enim homo moratur cum puerulis suis. Ipsi namqz fuerunt virgines. martires et innocentes. libenter igitur xps cum eis moratur tanq̃m virgo cum virginibus. martir cum martiribus. innocens cum innocentibus. **S**ecundo eorum gloria causatur ex descriptione cū

dicitur. Habentes nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Tercium autē nomen quod in fronte scribitur habetur *Apocalips. iij.* Et nomen ciuitatis none iherusalem. Ista ergo tria nomina scz deus. iherusalem et iherus in frontibus eorum sunt scripta. Deus autē fundam. idem est quod ardere. Iherusalem dicitur visio pacis. Iherus saluator. per qd datur intelligi qd ipsi habent plenam inflammationem in dei dilectione. *Pla. xxxij.* Dixit dominus cuius ignis in sion et caminus in iherusalem. Plenam cognitionem in aperta dei visione. *j. Corinth. xij.* Videmus nunc per speculum in enigmate. tunc autem facie ad faciē. Et habetū plenam saluatōem in corporis et aie glorificatione. *Plaie. lxj.* In terra sua duplicia possidebunt. Tercio consistit gloria ipsorum in iocunda iubilatiōe cum dicat. Et cantabunt canticum nouum. In quo quidem cantico tria sunt. scz nouitas. singularitas et sonoras. Nouitas cum dicitur. Cantabunt canticum nouum. *Haymo.* Canticum nouū cantare est de incorrupta mentis et corporis integritate gaudere. Singularitas cum dicitur. Nemo poterat dicere canticum nisi illa etc. *Beda.* Hoc canticum ceteri electi audire possunt. licet dicere nequeant. quia per caritatem quidā de eorum celsitudine leti sunt. qmuis ad eorum premia nō assurgant. Sonoras vero notatur cum dicitur. Tanc̃ vocem aquarum multarum. Illa autem sonoras assimilatur triplici sono. scz aquarum. tonitruum et cithare. Sancti enim qui laudāt deum. p victoria quam habuerunt de persecutoribus tyrannorum cantant canticum aquarum multarum. qz per aquas tribulatiōes intelligunt. *Iuxta illud ps.* Saluum me fac deus. quomā intrauēre aque vsqz ad altam meam. Quicquid laudant deum. p victoria demonū qui stāt in aere caliginoso cantant canticū tonitruum.

Qui deo laudant p victoria carnis can-
tant canticum cithare. In cithara quide-
est lignum attenuatū et corda extensa. qz
corpus debet ieiunij attenuari et mēbra
mortificari. Quarto causat eorum gloria
ppetua incorruptioe. cum dicit. Hi sunt
qui cum mulieribus non sunt coinquinati.
merito cuius incorruptiois semp agnuz
sequuntur. vnde subdit. Hi sequunt agnū
quocūqz iterit. et eisdem cum eo vestibus
albis decorant. Apo. iij. Ambulabūt me
cum in albis. Coram ipso pūne modu-
lant. sicut supra dictum est. et corona au-
reola adornant. Eccl. lxx. ca. Corona au-
rea sup mitram eius. Quinto causat eo-
rum gloria ex primordiali passione. quia
primi martyres extiterūt. qd notat cū di-
cit. Hi empti sunt ex hominibz primicie
deo et agno. de his primicijs dicit. Ero.
xxij. Decimas tuas et primicias non tar-
dabis offerre. Christus enim primicias
deo obrulit quando istos puulos ad deū
misit. Criso. Virit infantes christus ad
celū offer noua encema patri. primicias
fructū exhibet genitori. O paruuli beati
mō nati nūqz temptati. nōdum ablactati
et iam coronati. Auguf. Has primicias
misit christus patri venit infans et veniūt
infantes. Infans ad nos. infantes ad ce-
lum. Non tñ christus obrulit primicias
sed etiam decimas quas quidem obrulit
vuius mortuus et glorificatus. Nam vi-
uus obrulit decimas abstinentiaz. qñ. xl.
diebus. et xl. noctibus ieiunauit. Mor-
tuus obrulit decimas horaz. qñ p. xl. ho-
ras mortuus iacuit. Glorificatus obru-
lit decimas diez. qñ resurgens. xl. diebz
discipulis apparuit. Et qñ. xxi. dies
sunt decime anni. Christus tamen voluit
supaddere ad innuendū q in seruicio dī
semp homo debet plus facere qz minus.
bene ergo dicit. Decimas et primicias nō
tardabis offerre. Non eī tardauit offerre
primicias qui puulos obrulit recēter na-

tus. Nō tardauit offerre decias qui eas
obtulit et uiuus et mortuus et glorifica-
tus.

De eisdem

Sermo o. ij.

Hi empti sunt ex hominibz primi-
cie deo et agno. Apo. xiiij. Passio
istoz beatorz puuloz cōmenda-
bilis est ex quatuor videlicet ex tempore
numero. causa et loco. Ex tempore. quia
primi p christo passi sunt. ideo dicit. Hi
empti sunt ex hominibz primicie et. et iō
facti sunt erūpētes ecclesie gemme flores
primi nascentis ecclesie. et plantationes
nouelle et immature. Primo nāqz fuerūt
erumpentes ecclesie gemme. Auguf. Isti
iure dicuntur martyx flores quos in fri-
gore infidelitatis exortos velut primas
erumpentes ecclesie gēmas quedam pse-
curōis pruina decorit. de istis gēmis dī
Gen. xl. Videbam coram me vitem in q
erant tres ppagines crescere paulatim in
gemmas. et post flores vuas maturascere
Ista vitis est castus in qua fuerunt tres
ppagines. id tres martyrum distinctōes
Quarum vna protulit gemmas. i. horz
martyrum primicias qui fuerunt marty-
res actu sed non voluntate. Secunda p-
tulit flores. id ē sanctos confessores qui
fuerunt martyres voluntate sed nō actu.
inter quos primatum tenet iohannes e-
uangelista. Tercia ptulit vuas maturas
id est martyres actu et volūtate inter quos
primatum tenet stephanus. Secūdo fu-
erunt primi flores nascentis ecclesie. De
quibus dicitur Canticoz. ij. Capite no-
bis vulpes paruulas que demoliant vi-
neas. nam vinea nostra floruit. Vineā. i.
ecclesia floruit quando istos martyres p-
dixit quādo in floribus vulpes demolite
fuerunt quādo herodes et sui complices
istos martyres necauerunt. vnde herodes
vocatur vulpes. Luc. xiiij. cap. Ite dicite
vulpi illi. Licet autem isti flores fuerunt
auulsi nō tamē suo odore priuari. Can. ij.

Vinee florentes odorem dederunt. **T**ercio fuerunt plantatioes nouelle et immature. **Isaie. xviij.** Ante messem totus effloruit. et immatura plantatio germinauit. Sunt enim quedam plantatioes que fructum martirij prulcerunt in senectute. sicut petrus. quedam in iuuetute. sicut stephanus. quedam in sua immaturitate seu nouella plantatione. sicut martires innocentes. **Psal. Filij tui sicut nouelle oliuarum.**
In circuitu mense tue. Secundo eorum passio est commendabilis ex numero. Et licet a nobis eorum numerus ignoretur. tamen etiam sub numero magno eos ecclesia honorat. Unde dicitur supra. Et cum eo centum et quadraginta milia. Quia ergo illa beata societas est tam numerosa. ideo digna est maiori reuerentia. Si ei vnus miles regis honorandus est multo fortius militum multitudo et maxime quando essent de cognatione regis. et essent famulantes regis et induri eiusdem regis vestibus. Sic tales fuerunt isti paruuli qui fuerunt de cognatione christi. quia fuerunt de bethleem iuda. et christus de iuda originem duxerit. Sunt etiam sibi familiares. **Apocalips. xiiij.** Qui sequuntur agnum quocumque ierit. Sunt etiam induri secum eiusdem vestibus. **Apocalips. iij.** Ambulabunt mecum in albis quia digni sunt. Secundo sunt digni faciliore exauditione. Si enim deus exaudit preces vnus sancti. multo fortius preces multorum. Nam impossibile est preces multorum non exaudiri. Unde et ipsa virgo beata ad rogandum deum sola non accedit. sed magna societas cum eo vadit. **Psal. Assistit regina a dextris tuis etc.** Tercio sunt digni maiori exultatione. Cum enim multi sunt qui gaudent gaudium vnus augeat ex gaudio singulorum. Et ideo gaudium istorum paruulorum tanto amplius augeat quanto amplius ab inuicem inflammant. **Psal. Ecce quod bonum et**

quod iocundum habitare fratres in vnum. **Augustinus** in libro passionum. Quando cum multis gaudent in singulis vbius est gaudium. quod seruire faciunt se. et inflammantur ex altero. Quarto est ydonea dei laus. Si enim deo est accepta laus vnus sancti multo fortius multorum. **Psal. Ex ore infantium et lactentium perfectum laudem etc.**
Tercio eorum passio commendabilis est ex causa. quia pro christo sunt passi. et ideo iure in numero martirum computantur. Et hoc quidem accidit ratione persone. quod pro christo passi sunt. immo in singulis christus passus est. **Isaie. viij.** Dominus noster est cuius crudelitas reducat in regem. **Bernardus.** Qui autem occasionem damni dat. damnum dedisse videtur. Debuit ergo christi pietas illis dare vitam glorie quibus casualiter abstulit vitam nature. Secundo hoc accidit ratione singularis gratie. Rex enim terrenus quando coronatur multos milites secum facit. Christus ergo qui coronatus erat corona paterna. hodie coronatus est corona materna. et ideo nouus rex nouos milites sibi voluit congregare. Tercio hoc accidit ratione innocentie in baptismo sanguinis assecute. **Bernardus.** Ille pro christo trucidatos infantes dubitet coronari. qui geteratos in christo non credit inter adoptionis filios generari. Et sicut tunc circumcisio. nunc vero baptismus sine vlllo voluntatis vltu sufficit ad salutem. sic pro christo susceptum martirium illis sufficit ad sanctitatem. Quarto commendabilis est ex loco. quod in bethleem iude passi sunt. ex quo tres prerogatiuas assecuti sunt. Primo magnam cum christo familiaritatem. ex eo quod in ciuitate christi nati sunt. Moies enim eiusdem ciuitatis magnam solent ad inuicem familiaritatem habere. magnam familiaritatem eis christus ostendit. quia fecit eos de camera sua. **Apoca. xiiij.** Cantabunt quasi canticum etc. De societate sua. **Ibidem.** Qui sequuntur agnum quocumque ierit. de militia sua quod tamquam

pmilitones eisdem vestibus eos induit.
Apoc. iij. Ambulabunt mecum in albis.
Secundo magnam in christo societatem
 quia berthelem domus panis interpretat
 Sariani illo pane de quo dicit. **J**ohan.
 vi. Ego sum panis viuus &c. **P**salm.
 Sicut ablactatus sup matrem suam. ita
 retributio i anima mea. i. sicut paruulus
 lacte nutrit. postea grandiusculus ablac
 tatus. & ad mensam patris recipit. sic fiat
 retributio in anima mea. ut scilicet hic lacte
 matris ecclesie nutritus tandem ad men
 sam celestis patrie se recipiat ubi iam non
 nutriat lacte paruulorum sed pane solido
 perfectorum. **H**inc est quod abraham non in
 natiuitate ysaac sed in eius ablactatione gra
 de fecit conuiuium. ad significandum quod
 non est plena satietas ad vbera matris sed
 ad mensam patris. **T**ercio meruerunt spi
 ritualium dei laudationem. ideo nati sunt
 in berthelem iude. que interpretatur confi
 tens. **M**agnum enim est confiteri domi
 no corde. **M**aius est confiteri domino corde
 & ore. **M**aximum corde operetur ore. **S**u
 permaximum ei confiteri cum sanguinis
 effusione. taliter confessi sunt isti paruuli
 de quibus dicit ecclesia. **N**on loquendo sed
 moriendo confessi sunt. **P**hil. j. **M**agni
 ficabitur christus in corpore meo siue per
 vitam siue per mortem &c.

De eisdem Sermo. iij.

Eurge & accipe puerum & matrem
 eius & fuge in egyptum & cetera.
Circa istud euangelium plura
 videnda occurrunt. **P**rimo quare christus
 fugit. quod quidem fecit multiplici de causa.
Primo secundum **C**risostomum. propter ostensionem
 humane nature. **Q**uantum enim ad di
 uinitatem non habuit necesse fugere. sed po
 tius nullus eum potuit effugere. **P**salm.
 Quo ibo a spiritu tuo. & quo a facie tua
 fu. &c. **S**ecundo propter victoriam sue sa

pietie. **F**ugiendo enim herodem vicit &
 sibi milites acquisiuit. **P**etrus rauen. belli
 cosus si in bello fugit artis est non timoris.
Tercio propter documentum ut ex hoc
 nos doceat nullum debere indignari si in
 nocenter ab impijs patitur. **J**ohan. xv.
 Si me persecuti sunt & vos persequentur.
Hieronymus. **A** cunabilis ecclesie non de
 fuit iniquitas premens. iusticia patiens.
Quarto propter exemplum ut ex hoc infor
 memur nobis fugiendum esse. modo fu
 ga prouidentie quando scilicet maiori vo
 luntati reseruamur. **M**athei. decimo cap.
Cum persequerentur vos in ciuitate ista fu
 gite in aliam. modo fuga cautele. **S**unt
 enim quedam vicia que non possunt vin
 ci nisi fugiendo. j. **C**orinth. sexto capitulo.
Fugite fornicationem. modo fuga compass
 ionis quando a facie malorum fugimus
 ut occasionem subtrahamus. **S**ecundo
 videndum est de personis que fuerunt in
 ista fuga. que fuerunt **M**aria **J**oseph &
 puer **I**esus. **I**stud consortium est inuen
 tum in berthelem a pastoribus. in fugien
 do in egyptum & in redeundo. **S**ive ergo
 herodem. id est diabolum fugias. siue de
 egypto. id est de peccato redeas. sine in berthe
 leem. id est in gratia maneat semper tecum
 habeas. **M**ariam. id est amaritudinem pe
 nitentie. **P**uerum. id est puritatem consci
 entie. & **J**oseph. id est augmentum virtu
 tis & gratie. **T**ercio videndum est de
 contingentibus in via. **I**bi enim christus
 manifestauit suam maiestatem. **N**am sic
 legitur in historia trippita. arbor quedam
 peera in via existens usque ad terram in
 clinata puerum suppliciter adorauit. **S**e
 cundo manifestauit suam bonitatem in eo
 quod parentes suos in via pauid. **N**am sicut
 legitur in libro de infantia saluatoris no
 stri. cum sub quadam palma arboze altissi
 ma quiescerent & esurirent atque sitirent.
Palma ad preceptum pueri usque ad terram
 se inclinans fructus colligendos obrulit

et de sua radice fontem produxit. **Tercio** manifestavit suam potestatem. quia patres suos a latronibus defendit. Cum enim in latrones irruissent qui eos expoliare volebant. unus eorum respiciens puerum ait. Vere dico vobis si possibile esset deum incarnari. dicerem istum puerum deum esse. Et sic socios suos induxit ut eos illesos abire permitterent. **Iste** dicitur fuisse ille latro cui postea dominus dixit. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. **Quarto** videndum est de ira herodis pro eo quod dicitur. Iratus est valde. Iratus est quidem propter regni zelum. **Proverbi. xix.** Sicut fremitus leonis sic et ira regis. **Augustinus.** Quid erit tribunal iudicantis quam super hos reges curia terrebat infantis propter sui preceptum. **Crisostomus.** Magis prementes herodem addidere causas doloris propter ce saris metum qui preceperat ne sine sui imperio aliquis rex diceret vel esset. **Quinto** videndum est de senectute herodis pro eo quod dicitur. Occidit omnes pueros. Excessit enim in rebus. scilicet in numero. quia cum deberet occidere unum occidit omnes. In loco. quia cum deberet occidere bethleemitas occidit etiam finitimos. In tempore. quia cum deberet occidere anniculos occidit etiam bimatos et infra. **Unius** autem tanti excessus quadruplex fuit causa. **Prima** eius implacabilis ira. **Proverbi. xxv.** Ira non habet misericordiam nec erumpens furor. **Secunda** eius senectus. quia in sanguine delectabatur. **Ecclesiastici. viij.** Quasi autem nihil est ante eum sanguis. **Tercia** est astutia ut scilicet omnes occidendo ille non posset evadere quem querebat. **Sed** dicitur **Job. v.** Apprehendit sapientes in astutia eorum. **Quarta** est divina providentia que ex tanta herodis senectute tantam sibi matris multitudinem copulavit. **Sexto** quidem videndum est de tempore occisionis pro eo quod dicitur. Videns quod illusus esset a magis. per hoc datur intelligi quod facta fuit eorum occisio

post epiphaniam. sed tamen secundum glossam. post annum et quatuor dies pueroz occisio facta fuit. **Distulit** enim triplici de causa. **Primo** propter discredentiam. quia secundum glossam. magis discredidit. putans eos falsae stelle apparitione delusos. **Secundo** propter astutiam. ut scilicet dissimulando puerum in medium deduceretur. **Tercio** propter moram preactam. **Fuit** enim romam a cesare citatus. et sic fere per annum impeditus fuit. **Septimo** videndum est de fletu matrum pro eo quod Rachel et non iacob inducitur ad plorandum. **Mater** enim cum fuit magis passibilis persuevit plus dolere de filioz aduersitate quam patres. et patres plus gaudere de eorum prosperitate quam matres. **Istud** unum Salomoni dicens. **Proverbi. x.** Filius sapiens lenificat patrem. filius autem stultus mesticia est matri sue. **Mater** enim plus diligit. et ideo plus dolet quando filium perdit. **Quod** autem plus diligit ostenditur triplici ratione. **Prima** est quoniam mater dat plus de substantia sua filio quam pater. et ideo maiorem partem videtur habere. **Secunda** causa est quoniam mater plus laborat circa filium quam pater. **Illud** autem circa quod magis laboramus magis diligimus. **Tercia** causa est quoniam mater plus est certa quam pater. et ideo mater diligit filium tanquam rem certam. pater vero aliquando minus diligit tanquam rem dubiam. **Octavo** videndum est de morte herodis. put quod dicitur erat usque ad obitum herodis. **Mors** enim sua erat mors pessima. quia manu propria se occidit. **Herodes** quidem iniuste effudit sanguinem puulorum et ideo bibit sanguinem proprium quem gladio in ventre immerso effudit. bibit sanguinem filioz. quia filios proprios interemit. unde de augustus cesar hoc audito dixit. **Vallem** esse herodis porcus quam filius. quia cum sit psetitus porcis parit et filios occidit. **Legitur** etiam in quadam cronica quod herodes quendam filium suum paruulum

in berblecm tradiderat nutriendum qui cū
ceteris paruulis occisus est. Bibit etiam
sanguinē ire dī *Deu. xxiij.* Inclabo sa-
gittas meas sanguine rē. Et qz herodes
sic finit sanguinem puulorum. sic bibit
sanguinem pprum domesticum et furore
diuinum. ideo potest sibi cōuenire qd dī.
Apo. xvi. Iustus es domine qui hoc iu-
dicasti. qz sanguinem sanctorū tuorū fude-
runt. et sanguinem dedisti eis bibere ut di-
gni sunt. **M**ono est videndum de sub-
tractōe laudis. qz ecclesia subtrahit can-
ta laudis et leticie. Et hoc primo in signū
fletus quem martires habuerūt. Scdo
in signum status qz scz in limbum descen-
derunt. Tercio in signum incolatus quē
beata virgo puer et ioseph fugiendo in e-
gyptum fecerunt. Magna ppassione di-
gnum fuit. et ppter pueri teneram etatem
ppter puerperij nouitatem et ppter ioseph
senectutem.

De eodem Sermo. iij.

Mitens occidit omnes pueros.
In his verbis tua tanguntur.
Primo herodis iniqua sentētia
cum dicit. Mittens. Scdo eius seuitia
cum dicit. occidit. Tercio puulorū inno-
centia cum dicit. oēs pueros. Sentētia
autem dicit iniusta tribz modis. Aut ex
animo quando ex ira vel turbatōe pferit.
Aut ex ordine quando ordo iuris obmit-
tit. Aut ex causa quando sufficiens causa
non suffragat. Propter hec autem sentē-
tia herodis iniusta fuit. Primo ex animo
qz ex ira et turbatōe ipsam prulit. nam
in aduentu magorū dī qz turbatus ē. hic
autem dī qz iratus est valde. Ibi enī tur-
batus est ppter pdigij nouitatem. vel p-
pter romanorū timorem. hic autē turbat-
us est ppter magorū deceptōnem. et timēs re-
gni sui amissionem. et in tali turbatione et
ira sententiam prulit. et ideo eius senten-
tia ex animo iniusta fuit. *Jo. j.* Ira enim
viri iusticiam dī nō opat. Scdo fuit in-

iusta ex ordine. **V**idef enim ad pueri in-
quisitōnem ordinare pcessisse. **P**rimo ei
quesiuit dī loco natuitatis a doctoribus
legis. secūdo de tempore ab ipfis magis.
tercio inquiri mādāt de psona dicēs. Ire
et interrogate diligenter dī puero rē. Istū
autem triplicem inquisitōis ordinē in-
dīose faciebat. non vt puerum adoraret
sed vt pderet. et ideo eius sentētia ex tali
ordine fuit iniusta. *io. Dan. viij.* assimilaf
vrsō. in eius ore erāt tres ordines dentū
Iste vrsus est insidiator herodes *Tren.*
ij. Vrsus insidians factus est mihi. hic
habuit in ore suo tres ordines. qz ab ore
suo tres dī christo emanauerunt inquisi-
tiones. sed tamen fuerūt ordines dentū.
et vrsi qz insidiosē faciebat et lacerare intē-
debat. Tercio fuit ex causa qz innocentes
damnauit. *Dan. xij.* Nunc pctā tua re-
que opabaris prius iudicans iudicia in-
iusta. innocentes opprimens et dimittēs
noxios. ideo ipsi beati paruuli innocenter
damnati vindictam petunt a dō dicētes
Apo. vi. Usqzquo domine sanctus et ve-
rus non iudicas et vindicas sanguinem
nostz dī his qui habitant in terra. Scdo
ponit herodis seuitia cui dī occidit. et qz
sanguinem innocētē iniuste damnauit.
ideo iuste damnatus est. vñd effusio san-
guinis puulorū non poterit in iudicio oc-
cultari. sed manifestabit a terra reuelāte
Isa. xxi. Reuelabit terra sanguinē suū
et *Job. xxi.* Terra ne opiaris san. meū
Ab ipso paruulorū sanguine pclamante
Unde dicit iudex. *Gen. xxiij.* Vox sang-
uinis fratris tui clamat dī terra ad me. A-
tora celesti curia interpellante. *ps.* Vindi-
ca sanguinem sanctorū tuorum qui effu-
sus est. A dei iusticia requirēte *Ezech. iij.*
Sanguinem autē de manu tua requirā.
Tercio ponit puulorū innocentia. cum dī.
Pueros. In herode quidē erat malicia.
in istis innocentia. In illo calliditas. i istis
simplicitas. i illo potētia. i istis ifirmitas

Pugnabat ergo cum innocentia. malicia cum simplicitate calliditas. cum infirmitate potentia et crudelitas. Sed isto bello innocentia maliciam vicit. astutiam simplicitas fregit. potentiam infirmitas superauit. Istud triplex bellum adhuc quotidie geritur. Eccēs nūq. Veni me ad alia et vidi calumnias que sub celo geruntur. ecce quomodo impugnat astutia simplicitatem. et lacrimas innocentia. ecce quomodo impugnat malicia innocentiam. nec posse resistere eorum violentie. ecce quomodo impugnat potentia infirmitatem.

De sancto Thoma Cantuariensi.
Sermo primus.

Pro iusticia ago
morizare pro anima tua. et vsq. ad mortem certa pro iusticia. **Ecd. iij.** Pugil fidelis et miles strenuus in sua pugna debet habere tria. scz causam legitimam. intentionem rectam. et finalem perseuerantiam. Ab his tribus beatus thomas in sua passione commendatur. **Primo** a legitima causa cum dicitur. **Pro iusticia** agonizare. Describit autem iusticia quod firmiter reddens unicuique ius suum. s. deo obedientiam. superiori reuerentiam. pari concordiam. inferiori disciplinam. inimicis patientiam. miseris et afflictis compassionem operosam. et sibi sanctimoniam. **Pro tali iusticia** sanctus thomas pugnavit. Dedit enim primo deo obedientiam. qz maluit obedire deo qm regi. patri deum. et ideo regis iram contra se provocavit. **Actu. vi.** Obedire oportet deo magis qm hominibus. **Secundo** dedit superiori reuerentiam. i. summo pontifici. Nam cum quadam vice a rege artatus voto eius annuiss; ab altari postmodum se suspendit. donec per summum pontificem esset restitutus. **Ecd. x.** In medio fratrum rector illos in honore. **Tercio** dedit pari concordiam. Unde dicit de eo quod saluo semper rigore sub decencia vestitus et apparatu vtriusq. concordabat

moribus singulorum. **Roma. xij.** Si fieri potest quod in vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. **Quarto** dedit subditis disciplinam. Unde dicit de eo Sapia qua preditus erat in ecclesia malignorum prohibebat insultus. **Proverb. xxix.** Smurcia colligata est in corde pueri. et virga discipline fugabit eam. **Quinto** dedit inimicis patientiam. qz in exilio positus pro rege ac regno Anglie semper orauit. et suis occisoribus nullum impatientem verbum dixit. **Luce. xxi.** In patientia vestra possidebitis animas vestras. **Sexto** dedit miseris compassionem operosam. qz quotidie. xij. pauperum pedes curuatis genibus abluere. ac post refectorem cuiuslibet quatuor argenteos pro eorum vltimo sustentandis erogavit. **Septimo** habuit in se sanctimoniam. qz virginitatem seruauit. et carnem suam ieiuniis et cilicio maceravit. **Debre. xij.** Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam etc. Et qz sic iusticiam seruabat potest dicere cum **Job. xxix.** Iusticia indutus sum et ve stui me sicut vestimento. Ille qui indutus est ab omni parte est tectus. sic beatus thomas iusticia fuit indutus a dextris qz ipsam defendit in apice pontificalis dignitatis. a sinistris. qz ipsam defendit in exilio relegatus. ante se qz ea que sui predecessores in preiudicium ecclesie precesserat ipse noluit confirmare. post se. quia in his que peribat rex assentire noluit videns imminere futurum periculum animarum.

Secundo commendatur ab intentione recta cum dicitur. pro anima tua. Multi ei sunt qui pugnant pro substantia sua. et pro pelle sua. et gloria sua. sed pauci pro anima sua. cum tamen ibi magna pugna requiratur. **Mat. iij.** Regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud etc. Et ponit ibi triplex vocabulum violentiam designans. scz vim. et violentiam. rapiunt illud. ad designandum quod tales triplicem vim debent inferre. scz rationi intellectum captiuando. **ij. Corint. x.**